

The Electronic Manipulus florum  
www.manipulusflorum.com

Paciencia r  
cum fonte primo

Sepe hostis callidus

Sed plerumque hostis callidus cum graues cogitationes in corde conspicit, sub introducta eas uoluptatis delectatione corrumpit; et dum motus cordis simplices uidet, subtilia inuentionum acumina ostendit, ut dum laus de subtilitate quaeritur puritatis simplicitas amittatur.

Gregorius Magnus, *Moralia in Iob*, 2, 46 (CCSL 143, M. Adriaen ed., p.101, ll.31-36).

Cum preparatam mentem ad tolleranciam uidet, quid ab ea maxime diligatur exquirat, et ibi scandali laqueos inserit ut quo magis res queque diligitur, eo per eam facilius paciencia turbetur.

Saepe autem cum praeparatam ad tolerantiam mentem uidet quid ab ea maxime diligatur exquirat, et ibi scandali laqueos inserit ut quo magis res quaeque diligitur, eo per eam facilius patientia turbetur.

Gregorius II. moralium.

Gregorius Magnus, *Moralia in Iob*, 2, 46 (CCSL 143, M. Adriaen ed., p.102, ll.54-57).